



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De eadem re. vii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

porē baptizantur. à gradibus Ecclesiasticis abstineant, nec ad clerum admittantur.

De eadem ro. Cap. VII.

Sacroſancti baptis̄mi ſacramentum, non niſi in Paſchali Feſtiuitate, & Pentecoſte vnusquisque fidelium nouerit eſſe præbendum: exceptis hiſ quibus mortis periculo urgente, ne in æternum pereat, talibus oportet remediis ſubuenire.

*Ex cõcil. Vnorma-
cic. ca. 10*

Vt viginti dies ante baptiſmum ad purgationem exorcismi, catechumeni veniant.

Cap. VIII.

Hoc omnimodis præcipimus, & antiqui canones præcipiunt, vt ante baptiſmum viginti dies ad purgationem exorcismi catechumeni veniant, & in illis viginti diebus iuxta canonicum præceptũ, & erudiantur & conſecrentur.

*Ex cõcil. Braggar
cap. 3.*

Quod omnes ad batiſmum venientes quinta feria maioris hebdomadæ, fidem episcopo vel presbytero reddere debeant.

Cap. IX.

Quod oporteat eos qui ad baptiſma veniunt fidem diſcere, & quinta feria ſeptimane maioris episcopo aut presbyteris reddere.

*Ex cõcil. Laodiceni
cap. 46.*

Vt omnes baptizandi prius ſint exorcizandi

Cap. X

Illud etiam quod circa baptizandos in vniuerſo mundo ſancta Eccleſia vniformiter agit, non ocioſo contemplatur intuitu, cum ſiue paruuli, ſiue ad regenerationis veniunt ſacramentum, non prius fontem vitæ adeant, quàm & exufflationibus clericorum ſpiritus ab eis immundus abigatur, vt tunc verè appareat, quomodo princeps huius mundi mittatur foras.

*Ex dere. Celest.
pap. Gal-
liarum e-
piſ. miſſis
cap. 12.*

Vt baptizandi nomine dato à carne & vino ſe abſtineant.

Cap. XI.

Baptizandi nomen ſuum dent ſub abſtinentia vini & carniũ, ac manus impoſitione crebro examinent baptiſmum.

*Ex cõcil. Cartha.
cap. 85.*

Quod neophyti à lautioribus cibis aliquod tempus, & à coniugiis ſe abſtinere debeant.

Cap. XII.

Neophyti aliquandiu à lautioribus epulis, & ſpectaculis, vel coniugibus abſtineant.

*Ex eodẽ
cap. 87.*